VICIPÆDIA

Lingua Samica Meridiana

Lingua Samica Meridiana est lingua Samica qua hodie circiter 500 homines in septentrionalibus mediisque Norvegiae et Sueciae partibus habitantibus loquuntur. Municipia *Snåsa* (*Snåase*) et *Hattfjelldal* (*Aarborte*) Norvegiae sunt robora huius linguae.

Lingua Samica Meridiana åarjelsaemien giele	
Taxinomia:	Uralica Finno-Permica Finno-Volgaica Finno-Lappica Samica Occidentalis **Lingua Samica Meridiana**
Locutores:	circiter 500
Sigla:	1 , 2 sma, 3 sma
Status publicus	
Officialis	—
Privata	Partes Norvegiae et Suetiae
Litterae:	Litteratura Samica Meridiana
Scriptura:	Latina
Procuratio:	—

Tabula linguarum Samicarum, cuius Lingua Samica Meridiana est numerus 1

Litterae

Lingua Samica Meridiana utitur Abecedario Latino (cum litteris propriis). Litterae sunt: A/a, B/b, D/d, E/e, F/f, G/g, H/h, I/i, (Ï/ï), J/j, K/k, L/l, M/m, N/n, O/o, P/p, R/r, S/s, T/t, U/u, V/v, Y/y, Æ/æ (Ä/ä), Ø/ø (Ö/ö), Å/å. Litteris C/c, Q/q, W/w, X/x et Z/z utitur in verbis ex linguis ceteris transductis.

Grammatica

Lingua Samica Meridiana habet octo casus grammaticos:

Casus	Singularis finis	Pluralis finis
Nominativus	-	*-h*
Genetivus	*-n*	*-i / -j*
Accusativus	*-m*	*-jte / -ite / -idie*
Inessivus	*-sne / -snie*	*-ine / -jne / -inie*
Elativus	*-ste / -stie*	*-jste / -jstie*
Illativus	*-n / -se / -sse*	*-jte / -ite / -idie*
Comitativus	*-ine / -jne / -inie*	*-igujmie / -jgujmie*
Essivus	*-ine / -jne / -inie*	(nulla)